

4381 pro salute ordinis et populi<sup>1</sup> signa | Serapis et Isidis cum ergasteris<sup>2</sup> suis | et aediculam in scholam, permit|tente ordine, | Apronianus r. p. Aequicul. s[e]r. ark.<sup>3</sup> | cum Aequicula<sup>4</sup> Bassilla et Aequi|culo<sup>4</sup> Aproniano fil. pec. sua fecit. | L. d. d. d.

*Pace in Aequiculis (IX 4412 vidit Dressel). — 1) Intellege, rei publicae Aequiculanorum. — 2) Ergasterium plerumque non multum differt a taberna. Quid hic subsit, incertum. — 3) Idem arcarius Mithrae dedicavit titulum supra N. 4490. — 4) Manu missi erant a re publica Aequiculanorum, ut ostendit gentilicium.*

4382 Sarapi et Isidi | L. Iunius Rufi|nus Proculi|anus<sup>1</sup> trib. l. c. | mil. leg. XIII G.<sup>2</sup>

*Aplu in Dacia (III S. 7770 vidit Domaszewski). — 1) Tribunus laticlavus militum legionis XIII Geminae.*

4383 Serapi conser|vatori et Isidi | ceterisq. dis de|abusq. immor|talib. | !!!!!!!!!!!!! | !!!!!!!!!!!!! | !!!s<sup>1</sup> p. a. s.<sup>2</sup> | cum Fabia Titiana<sup>3</sup> uxore | et Titiano | filio.

*Carnunti (III S. 4457 vidit Kubitschek). — 1) Nomen eius qui dedicavit erasum. — 2) Litterae significationis obscurae. — 3) Fortasse eadem Maesia Fabia Titiana quae Caracallae a. 197. 198 posuit titulos Siculos X 7276. 7343. Ceterum cf. Mommsen ad III S. l. c.*

4384 deo sancto | Serapi | templum a so|llo fecit | Cl. Hierony|mi|anus leg. | leg. VI Vic. (In utroque latere caducei duo, pella lunata, astrum). Eburaci (VII 240 vidit Huebner).

4385 (*sphinx*; *pes angue circumvolutus*; *sphinx*) deo Serapi | M. Vibius | Onesimus | ex visu (in latere sinistro Serapis sedens modio ornatus, s. sceptrum tenens; ad pedes canis [vel Cerberus?]; in latere dextro Isis s. situlam, d. sistrum tenens).

*Romae, nunc Urbini (VI 572 vidit Bormann; delineavit Fabretti 467 XX).*

4386 D. Valerius | Chaereas | qq. pp.<sup>1</sup> cum | D. Valerio | Chaerean (*sic*) | iun., fil., qq., | et P. Aelio | Alexandro | fratre | protomen | Serapis ex | arg. p. X | ex viso | colleg[io] | . . .

*Romae rep. sub Capitolio septentrionem versus (VI 50998 = Gatti Notizie degli scavi 1893 p. 117). — 1) Quinquennalis perpetuus, collegii alicuius.*

4387 Serapidi deo . . . . .

[imp. Caesar] M. Aurellius Antoninu[s Pius felix Aug.]<sup>1</sup>

[pont]ifex max., tribunic. pote[st.]. . . . .

aedem . . . . .

*Romae in pavimento ecclesiae S. Agathae Gothorum (VI 570 saepius descripta saec. XVI—XVIII). Ad templum Serapis quod in regione urbis sexta recenset Notitia urbis, referunt topographi (Becker p. 583; Preller Reg. p. 124; cf. Huelsen mus. Rhen. 1894 p. 394, qui ex hoc templo Serapidis rudera superfuisse putavit in monte Quirinali quae antea a plerisque templi Solis fuisse putabantur). — 1) Caracalla potius quam Elagabalus (cf. vit. Carac. 9 et Huelsen l. c.).*